Gniew tych dwu ziadi braći, zatym
Słonce ćień pokrył zbladły
VI.
Coć z tad że wet za wet płaćiſz,
Ziadłey Medeiey Wnuku,
Co ſłow złorzeczac nátraćiſz
Wrownym Meduzie fuku?
W Etnie kuźnia Bogom tyle
Piorunow nie gotuie,
Złych, Wulkanie nowy, ile
Twoy ięzyk gromow kuie.
VII.
Lecz ſtoy: ten język piorunem

In caput hoſtis tonet?
Infeſſa CIBO Numine
Hoc acroama ſonet?
Cocyti fervent jurgia,
Is horret Diris locus:
Sic antra refert Stygia,
Quem domi colis, focus?

VIII.

AFra plus in te Tygridis
Exhibes, quando furis?
Vel Urſa Erimantidis,
Scythicis ſuppar Uris?
Cognatis parcit maculis
Similis ſibi fera:
Barris onerum baiulis
Pax intercurrit vera.

IX.

NEc Tygris Hircana feram
In tygrem unquam ſævit:
Agnatam ſibi alteram
Linquere Urſa ſuevit.
Lupis inter ſe convenit
Monſtrisque Africanis;

Pe

Za łada krzywdę zagrzmi?
Boskim nie raz był piastunem;
A táka piosnka zábrzmi?
W Kluzie wieczney żwawe swary:
Tam od lędz strászny háłas!
Ty w piekielne chcesz pieczary
Mięnić domowy szałas?

VIII.

Nie wyrownać Tygrys dźiki;
Tyś gorszy, gdy się żurszyśz!
Fuk twoy iak niedźwiedźie ryki,
Iak żubr śię kwaśno chmurzysz.
Na podobne w śierć pstrocżiny
Zwierz śię takisz nie ruszy:
Słoń pod ćięszkie zdan machiny
Na Słonià śię nie zjuszy:

IX.

Acz Tygrys na insze skoczy!
Iednak swoich nie raźi:
Niedźwież gdy niedźwiedźia zoczy,
Swoy swego nie obraźi.
Wilkom wieczna z soba zgoda
Y Afryckiemu zwierzu;

Perennis ira evenit
Post fædus in humanis.

X.

VIbunt vel inter cineres
Odia! pacem odit
Vel flamma discors, veteres
Iras Thebarum prodit.
Mansvesce tandem bellua,
Æther te mulcet lenis;
Facta rependet strenua
Se toto, iras pœnis.

XI.

SI aspiras ad lauream,
Te victo pulchram leges:
Taxum metes funeream,
Ictum si ferre neges
Eheu! venale laureâ
Cælum tantillâ patet
Tecta panduntur gemmea,
Ni cor in felle natet.

XII.

SI hunc Ucalegon æstum
In te restringui noles;

Im

Ludźi wiecznie łádá ſzkoda
Rozrożni, choć wprzymierzu!
X.
Y w grobie nie obumiera,
W trunie gniew śił nie traći:
Pogrzebny płomień rozdźiera
Spor dwu Tebańskich bráći?
Vśmierz kiedy dźikość ſwoię;
Chce ćię Bog uiąć dary:
Oddać ſobą dźielność twoię,
Gniew wiecznec ſpłaca skwáry.
XI.
Zwyćięskiey chceſzli Korony,
Na tobie Lauru śćigay,
Cis grobowy z drugiey ſtrony,
Chceſz go uyść, Krzywdę dźwigay
Iak tanioć zà laury małe
Niebo otworem ſtoi!
Bramyć wzwodzą zpereł cáłe,
Gdy ſerca złość nie poi.
XII.
Ieśli goreſz a takiego
Pożogu nie chceſz gaśić

In Cœlum redundat mæstum,
Tota furoris moles.
Aciem ferri distingis
Jugulo hostis gravis;
Invite Numen impingis
Orte Titanum Avis.

XIII.

SI cor hostile gesseris
In quempiam, Vatini,
Si quod telum intorseris
In tribulem Arpini;
In se intortum æstimat
Telum id Princeps Cæli;
Armatâ classe collimat
Huc pleni Corus veli;

XIV.

SI Tullio te Clodium
Percitus bile geris,
Feriorem Antonium
Refers; nam Christum feris!
Penna sublimis Aquilæ
Te homicidam scribit!
In Deum torques hastile,

Cor-

Iusi się dla zażartego
Rankoru Niebo kwaśić
Gdy dobędźiesz ostrey broni:
Na kark przećiwny sobie;
Bog się od ćięcia nie schroni:
Olbrzymow hardość w tobie!
XIII.
Ieśliś krwawo się roziuszył
Ná kogo, zły Watyni,
Y grotbyś więc nakim skruszył,
Gdyć ięzykiem przewini:
Za swą urazę poczyta
Ten postrzał Pan ná Niebie!
Flota ármata okryta
Nań zwichrem pędźi ćiebie.
XIV.
Rzymskić Mowca, Klodiuszu
Zięty cholera, wádźi?
Gniew twoy, zły Antoniuszu,
Gorzey o Bogu rádźi!
Wierz; bo Orle pioro łáná
Mśćiwych zaboyca zowie:
Zbroyną reką zmierzasz w Pána
Kz Gdyc

Cor si hoc Virûs bibit?

XV.

SI Thoantis ingenio
Rem piamen luit;
De Cælesti Favonio
Spes tua cassa ruit.
Atomus est sub qua gemis,
Ingeris Ætnam Deo:
Quin gratiam cœli emis
Supplici mitis Reo?



PARS

Gdyć w ſercu gniew y w mowie.

XV.

Ieśli ſerduſzkiem zážartym
Iak Thoas winę płaciſz;
O upuśćie łask otwartym
Z niebá, nádźieię tráciſz.
Ciebie choć proſzek dolega,
Na Boga ciskaſz gory/
Chęćli o Niebo zabiega,
Przebacz cudze nieſtwory.



PARS VIII.

Supplicis

PRO DEO

LIBELLI

Invectiva in linguæ vitia.



I.

AN & tu meta Carminis
Entheum, lingua, cies?
Nec liberi Apollinis
Dabitur plectro quies?
Cave vel Phœbi jaculum
Niobes grave proli!
Et te stupebit sæculum
Vindicis metam poli!

II.

IMò si parcat blandior
Jaculis Phœbus suis,
Cum Phaëtontem levior

Au-

CZESC OSMA
Nabożney
SVPPLIKI
gdzie
Gromy ná Ięzyk.



I.

Y Tyś Ięzyku, ná celu?
Drażniſz pioro ná pienie?
Wytchnaćby ſtronom od trelu,
Lutniey czas ná wytchnienie
Strzeſz śię y Phebuſá ſtrzały,
Nioby Synow zbiła!
Wprawiſz wdźiwy świat zdumiały,
Iż w ćiebie Zemſta biia!

II.

A choć Phebus złotooki
Strzałom z folguie ſwoim,
Gdy w Phaetontowe kroki

Dźie-

Aufibus refers tuis;
Offundet minax Jupiter
Pharetram telis gravem!
Addet morsuram jugiter
Jecur Promethij avem!

III.

REstingues furvo latice,
Phaeton Orbis nove,
Quas spargis flammas, vindice
Inter tonitrûs Jove.
Nec te cognata humido
Populus succo flebit,
Sed Tysiphone torrido
Glomere angues nebit.

IV.

TOrrebit Orcus igneo
Conto infixam brevi,
In Mensas ori flammeo
Ditis itura saevi,
Haec te culina postulat,
Hic Linguas coquit focus,
His Orci mensam cumulat
Dapibus ille Cocus!

V.

Dźiełem wſtępuieſz twoim;
Wyſypie grożny napięte
Strzały Iowiſz z ſaydaká;
Y iak Prometha roſpięte
Zkluieć pierśi zob ptaka.

III.

Oſtygnie w czarnym potoku,
Ziem Faetonćie nowy
Słowna goraczka, z obłoku
Lotny grom przytrzeć głowy.
Nie záptácą krewne zmienną
Wburżtyn łzá Heliady;
Lecz Furie w kłab płomienną
Zwiiać gadżinę rády:

IV.

Piec śię w piekle záłknionemu
Na rożnie przyrżie miasku;
Na ſtoł Panu niecudnemu/
Pluto ma ſmak wtym Kasku.
Tam kuchnia ozory parży;
Na tym być im kominie!
To skopćiáły Kucharz warzy
Czártom ku oskominie.

V

V.

AT nec tu leni murmure
Tunc in teipſum tonas.
Peior Niſæo augure
Cùm mille probra ſonas
Vox ipſâ mentem indicat
Inferâ lue læſam!
Contra ſeipſam dimicat,
Ad aurem vulgi cæſam.

VI.

CRuentum hoc eſt fruſtulum,
Calami inſtar idem,
Jam in te ſcribit Exulum
Cælo, decreta pridem.
Tam eſt fatale, carneum
Sontica linguæ telum,
Cujus probra fiet cereum
In leges Pacis Cælum.

VII.

HÆC eſt Effrenis Bellua,
Nec vult lupatis regi;
Et cicurari ardua
Nulli ſe ſubdit legi:

HA

V.

Lecz y sam nie lżeyszym grzmotem
Na się Ięzyku bijesz:
Gdy rospiłych głow záwrotem
Ożiońion, drugich myiesz.
Gęba świadczy że złe doma,
Piekło wnie iad wysuło;
Ran jey od ciebie nie skoma,
Ucho to cudze czuło

VI.

Ięzyk krwawa sztuczka w ciele,
Ieſt krwia pojone pioro!
Ruguie ćię z Nieba smiele
Y dekret pisze skoro!
Tak lub słaby, wiecznie szkodźi
W języcznym postrzał boiu!
A wzrzenicy niebios płodźi
Lzę skłonnych ku pokoiu

VII.

Nie ochełznasz tey to szkápy,
Nie da się w munstuk wprawić!
Chcesz ogłaskać? boy ćię łápy:
Praw użyć! żal słow trawić.

On

Hâc hâc Magistrâ didicit,
Quod scit, dum Orbis furit,
Hæc in certamen elicit,
Dum furor mentem urit.

VIII.

HÆC Urbes fœdat cædibus,
Robur exhaurit Martis,
Dum Rixis fora trucibus
Complet ferior Parthis.
Duellis campum destinat
Thyadum œstro icta,
Fusoq; tabo inquinat
Tecta Phengite picta.

IX.

HÆc vel sentinâ spurcior
Quid non rancidum spirat?
Dum se Ægysto fœdior
In Cypro digna gyrat!
Honesti nullus, rosei
Nullus pudoris amor!
At sermonis Dionæi
Personat solus clamor.

X.

SED

On Miſtrz tego, co więc bywa;
Gdy ſię kto wściekle żurży!
Krwáwych mieczow on dobywa,
Gdy w ſercu gniew złość wzburży!
VIII.
Ten wmiáſtach krwią płocze domy,
Y Marſá z mężnych zdźiera!
Przy buntach ręcznemi gromy
Gdy ſię po rynkach ściera.
Poiedynki oślep zwodźi
Nad giez Menad ſzalony:
Y topi w krwawey powodźi
Iaſtrych drogo ſadzony!
IX.
Stek w nim złego, y coś gorzey!
Szczera zgnieliznę wzmáci,
Gdy uſta na złe otworzy:
Y co Wenuſem tráci!
Ni poććiwe, ni rożány
Wſtyd u niego w ochronie:
Wenus w mowie wyuzdany
Grzmi w uſtach, gdy co zionie!
X.

SED heus! quin arctum injicis
Belluæ huic frenum
Nec fontem dolo conficis,
Ni peris ipse, Pœnum!
Ars domat vel in Libyca
Feram nutritam ora;
Et fera hæc domestica,
Aude, mansvescet morâ.

XI.

OS illud spurco numini
Consecres Sami Deæ,
Quod Divo sacrum Flamini
Instar Vestalis Rheæ?
Linguas hoc Flamen depluit;
Sed non hoc Igne cales:
In Stygis lacu eluit
Sons flammas Lingua tales!

XII.

QUin Theandricum erigit
Solium in te Polus,
Dum crater DEUM prodigit,
VERBUM fit dulcis bolus:
In linguæ throno figitur

Trzeba tey ſzkapie munſztuká;
Długoż ná kiel brać będźie?
Niech na ſztukę będźie ſztuká,
Nim jeżdcá ná ſep zbędźie.
Głaſzczeſz to ręką, to ſłowy
Lwá; y dźikość więc skłáda:
Z czáſem y ten zwierz domowy,
Chceſzli, wády poſtrada.

XI.

Jeli uſta maſz ſproſnemu
Zapiſać Wenuſowi?
Ktore poświęca Boskiemu
Czyſty umyſł Duchowi (niowym
Ten Duch zlał dżdżem świat og-
Ty Ogniem pałaſz innym!
Będźie w ſtoku Plutonowym
Láźnia tak uſtom winnym!

XII.

Nawet w Boski dźiwnie mienia
Thron ćię przychylne nieba,
Gdyć Krwią Boska kielich pienią,
Y Bogći miaſto chlebá.
Język iak Maieſtat Słowa,

 Bo-

Sacra Tonantis Caro;
Quin molli linguæ inditur
Sordium parcus Maro?
XIII.
SIc hæres Paphi residet,
Ubi & DEUS sedit?
Lingua Adonis insidet,
Quæ Escam Numen edit?
Hoc est eodem cymbio
Hyblam, & tetrum virus
Miscere! Herum solio
Figi, quo nolit Irus
XIV.
NAm quid tu apta Samio
Autumes verba gregi?
Quàm salivam Tænario
Defluam fædùm Regi?
Sic in spuma Plutonide
Linguam infamem tingis?
Fœdam trifaucis avidè
Cerberi tabem lingis?
XV.
QVid vulnus, quo innoxivus

Boskie ośiáda Ciało,
Niebędźiesz cudniey za mową,
Na co Marona ſtało?
XIII.
Masz tám Wenus być goſpoda,
Gdźie Bogu ſtańcę dano
Z Adonidem język zgoda,
Gdźieć Boga w trunku wlano?
Toć ieſt, z tegosz roſtrucháná
Słodycz czerpać, y iády
Y tak przyiać cnego Páná,
Iak lichoty nierady.
XIV.
A co złey Boginy miłe
Sa rufianow mowy?
Flegmisko obmierzłe zgniłe,
Co śćieka bieſu z głowy?
Tak w Plutonowey plwoćinie,
W tey maczasz ięzyk ropie?
Tak lgniesz w Cerberowey ślinie
Ták ja chęć rádá złopie?
XV.
Cosz rzec, pod jak ćięszka uszy

Perimis aurem, canam,
Dum effundis Idaliam
Vocem, vel male sanam?
Horrent hoc aures Cælitum
Stygium acroama!
Et te in fastos Ceritum
Procax inscribit Fama.

XVI.

IUventæ tot cadavera
Tristi immersa Stygi,
Tot animarum funera
Tibi debentur Gygi!
Nam vix tenellas habitu
Aures afflasti tuo;
Fœdo ruêre exitu
Non iam Catones duo.

XVII.

FEdæ Propago Veneris
Nil ad prætextam rubes?
Sic Parricida interis
Tuque, castaque Pubes?
Non solus ille Solymam
Rex Innocentum cæde

Fæ-

Iędza niewinne rana?
Gdyć Wenus uſt trochę ruſzy
Na mowę wyuzdana.
Y Niebo ſwe ucho tuli
Na miłe piekłu gadki!
Piſze cię wizałone, ſtuli
O tobie gębę rzadki.

XVI.

Ze tak młodź ráda nie rádá
Za piekielne mknie wrota;
Ze duſz tyle trupem pada,
Gęby to twey robota!
Ledwieś co śmiertelney pary
W młode wyżionał uſzy;
Wnet cnotęś wprawił ná mary,
Nie ieden pozbył duſzy:

XVII.

Tak, plemię Wenerże Krewne,
W ſłowach na wſtydżieć ſchodżi!
Zguby twey ztad godło pewne
Y piękney grona młodżi
Nie ſam Herod Paleſtinę
Krwią niegdy dżiatek zbroczył:

Fœdavit! pares animos
Sternis, Herodes fœde.

XVIII.

AT nec uni Autolyco
Arguam & te parem,
Dum dente plus quàm Cynico
Proximum rodis larem?
Nec furtum par Promethei,
Si famam pecularis:
Hinc instar Verris terrei
In Orco strangularis.

XIX.

QVod si & Diris insonat
Lar tuus, osque lævum;
Maior procella detonat
In hæc, fulmenque sævum:
Vide, ut densam millium
Aciem Orcus premit,
Quæ ob par oris vitium
Stygi addicta fremit.

XX.

ERgo Heroem indue,
Cantusq; linguam doma;

In-

Gdy z cnoty zdzierasz dziecinę,
Duch wcię Herodow wskoczył.
XVIII.
Y kradzieżey Autolyká
Twoy język doszedł żwawy!
Zjadłego przeszedł Cynika
Ząb cudzey szarpacz sławy!
Nie ogień to ukraść z nieba,
Gdy sławę komu kradniesz:
Z tąd złodzieyskiey káry trzebá,
Gdy piekłu w ręce wpadniesz.
XIX.
Ieśli zaś w fukliwe gromy
Usta y dom się sroży,
Wicher trafiać tam świádomy
Wnet się piorunem złoży.
Tyśiacámi głow nie ládá
Piekło w swa kátusz zrywa;
W ktorych to gniew jedna wada,
Y w piekle się odzywa.
XX.
Przeto staw się mężnym w boiu,
Niech dozor język skroći;

In hostem minax irrue,
Celsior plaudet Roma.
Lingua perennem lauream
Vel vindex ferrum dabit:
Ad vallem Rhadamantæam
Pro te, vel contrà stabit.

PARS

Bij nań, niech niema pokoiu;
    Niebo ćię więc ozłoći.
Ięzyk, więniec da laurowy,
    Lub mśćiwy miecz ná niebie?
Stanie tam, gdźie plac ſądowy,
    Zá tobą, lub na ćiebie!




CZĘSC

PARS IX.

Supplicis PRO DEO *LIBELLI*

Pro quo omnis Creatura ingemiſcit, Rom. 8.



I.

S*I chalybs ſonti pectore*
Duraque cautes hæret;
Te Sipylo duriore
Pro! quantùm Orbis mœret:
Nondum tot probra vindicat
De te in Solem reo:
Pro Deo tibi ſupplicat
Caucaſe, parce Deo.

II

P*Arce Deo: primus orat*
Siderum Princeps Phanes,
Heliadum guttis plorat

Te,

CZESC DZIEWIATA
Nabożney
SVPPLIKI
Gdźie Zá Bogiem wszytkie śię Stworzenia umawiáią.



I.

JEślić w srzod serca co z stali,
Y krzemień złość wpoiłá;
Nátę twardość świat śię żali,
Ta go rzecz roskwiliłá.
Ieszcze na ćię nie naćiera,
Lub lżysz słoneczne oko:
O Boga śię z toba spiera:
Przepuść Bogu, opoko!

II.

Przepuść Bogu: wprzod wodz prośi
Planet złotemi słowy:
Łza cor iego lice rośi,

Ześ

Te, Phaetontis Manes,
Olim retraxit radium
Sol ad Thyestæ focos,
Te per abrupta devium
Hoc inter ferat jocos?

III.

O ut auroræ prævium
Toties damnat lucem,
Quòd nuptam hanc Titoniam
Cogitur sequi ducem!
Rubet ad ortus Phosphori
Pulchra diei Pharus,
Quam lucere facinori
Est, qui non cogat, rarus.

IV.

PArce Deo: & noctium
Lampas bicornis rogat:
Per, quo affulget, radium
Hecate fontem cogat.
Cogis tam effrons Salius,
Ut pro te erubescat:
An pro te noctis amplius
Pupilla expallescat?

Żeś ty Faeton nowy!
ieża mu tam promień złoty
Dźika Tyesty warza:
ś oślep zdrożył od cnoty,
Nie mniey go to rozżarza!
III.
ak zaranney wprzod weszłe
Zorzy wtwarz łáie straże,
światło Iutrzenki przeszłe
Scigać się słońcu każe.
styd przy świetle Zorż rumianym
Dźienney świáta Pochodni,
przyświęcać wyuzdanym
Muśi Ziemianow w zbrodni!
IV.
żepuść Bogu: Y Pan ćieniow
Nocnych, swe schyla rogi:
żdy srebrnych darmo promieniow
Niech nie rzuca pod nogi.
złość twa mu jasne lica
Wstydem nie raz rumieni!
edysz ta nocy zrzenica
Nad tobą się nie zmieni!

V.

V.

PArce Deo: & Siderum
Bajulus Atlas orat!
Va, si linguis tot generum
Nestor hic non exorat.
Lucet ille; tu tenebras
Degener umbra fundis:
Sic inter noxæ latebras
Noctis jubar confundis!

VI.

SIc pro Tonante supplicat
Flammiger axis cæli:
Nec hinc in caput emicat
Sontici fulgur teli?
Excubat vigil undique
Tuus spectator Æther!
Tibi se pandit utiq;,
Quid Numen feris, teter?

VII.

PArce Deo, Nox conscia
Bromij luxus clamat,
Vix tanto ausu Orgia
Manas inire amat.

Pi

V.

Przepuść Bogu: y gwiazdami
Okryty Atlas prośi:
Zle, gdy tyla językámi
Mowcá ten nie uprośi.
On przyświeca, ty posępny
Cieniu, noc chmurna wnośisz:
Przez ćień świat*ł*u niedostępny
Tak nocne świat*ł*á znośisz!

VI.

Wtaż zà Pánem prożby zwodźi
Y Niebo gwiazd stolica:
Wśćiaga grzmoty, anić szkodźi
Piorunem b*ł*yskawica,
Strzeże ćie czuynym dozorem:
Ná pilnym Niebuś oku!
Stoić ten pá*ł*ac otworem!
Cosz Bogu stawasz w kroku!

VII.

Przepuść Bogu? noc zelżona
Zbytkiem opi*ł*ym wo*ł*a,
Ledwie Menas w gies wuczona
Tak zetrzeć śmie wstyd z czo*ł*á!

Wstyd

Piget jam noctem tegere,
Si quæ tunc regnant labes,
Pudet his umbras favere,
Quorum ardore tabes.

VIII.

PArce Deo: ſic Phoſphoro
Urget detectus dies:
Quousq; lenta Ephoro
Sapit à ſacris quies?
Pudor ſic luce abuti
Cœli Ocello teſte:
Nec tenebris fac ſic uti
Per ſacræ leges Veſtæ.

IX.

STipant & lætus diei,
Alites Lucis Horæ;
Quas devoves in Niſæi
Aut turpis cultum Floræ.
Monent: Si jubar ætheris
Confers in mentis funus,
Horas tot, quibus interis,
Dies rependet unus

X.

Pu

Wſtyd nocy! czarna opona
Twe nocne ſprawy kryie!
Wſtyd ſprzyiać czynom zaſłona;
Ktorych w ćię chętka żyie!

VIII.

Przepuść Bogu: tak po świtćie
Iaſny iuż dźień nalega:
Pokiſz śię tak gnuśne życie
Do ſpraw cnych nie ubiega?
Wſtydź śię Słońca, boć nad tobą
To niebios oko czuie!
Cień tak nie da władnąć ſobą,
Y czyſtych praw nie pſuie!

IX.

Obok w prożbę zá dniem idą
Skrzydlaſte dnia Godźiny;
Coć nie raz pod wiechą znidą,
Y przez niecudne czyny,
Grożąc: ieśliċ Tytan złoty
Na pogrzeb duſze świeći;
Záryie godźin, obroty
Straſzneć dźień ieden skleći!

X.

Prze

PArce Deo: Jam patulo
Ore dehiscens Humus
Instat hiatu querulo:
Te rosis florens dumus,
Te Flora per me floribus,
Te Ceres beat culmis:
Per me Pomona fructibus,
Et Lesbos donat ulmis:

XI.

PArcis: superba Corynthi
Æra, Hermique glebas
Fundam, decusve Zacynthi,
Pensiles Nilo Thebas:
Ni parcis jam recordiar,
Fata vesani Core,
Et arma in te moliar
Pro meo Conditore.

XII.

PArce Deo, sic sonoris
Fluctibus ripæ gemunt;
Aggemit spumosa Doris:
Nec Nymphæ linguam premunt:
Id Triton rauco murmure,

epuść Bogu: te z rozwartych
Iam ziemskie głosy idą,
rospadlin gor rozdartych:
Gdyć roże z ciernia wznidą,
z Kwieciem śliczne rozsády,
Iać buyne Kłosy rodzę:
Fruktem nádawam sády,
Y winne grona płodzę.

XI.

zepuść: przydam Złote gory,
Y brzegi rzek perłowe:
im żyznego Kraiu zbiory,
Y przepychy Nilowe.
e przepuścisz? wznowię dziwy,
Iak Korego cię stráwię!
ıszę ná cię broni mściwey,
Za Stworcą się mym stáwię.

XII.

zepuść Bogu: szumiącemi
Brzegi falami jęcza
wod Boginie: wełny swemi
Nimfy za Bogá ręczą.
...osz Triton surmą prośi,

Minorq; Cydnus vovet
Tyberinus cum Anxure,
Supplices fluctus movet.

XIII.

VEl fera Phorci agmina,
Canusque gurges tremit,
Ad tua sontis crimina
Littore toto fremit.
Quot guttis, tot flet lacrymis
Perditum gurges maris:
Vide, quos planctus imprimis,
Quos Fretis luctus paris.

XIV.

PArce Deo: udus sonat
Jupiter, quo respiras.
Nec Siculis adhuc tonat
Jaculis inter iras,
Hunc tu in sanis vocibus
Perdite Stencor, feris!
Nec adhuc fœtis nubibus
Excusso igni peris.

XV.

QUin & micantis luteum

Y rzeki szeptem małe:
ybr jagodę we łzach rośi,
Y piany wzrusza białe.
XIII.
dżikie Neptuná gminy
Z pienistą falą huczą:
a twe, śmiáły Zbrodniu winy,
Gdżie tylko brzeg iest, mruczy,
e kropel, tylą łzami
Twa zguba kwili morze
łucze z żalu brzeg wałami,
Y bol mu serce porze.
XIV.
rzepuść Bogu: w głos się żali
Powietrże, coć dech daie:
eszcze piorunem nie pali;
W gniewie gromem nie łaie:
y je szalonemi huki,
Y krzyk przeraża śmiały!
ofz płodnych w ogromne puki
Niebios, folguiąć strzały?
XV.
woie światło łáiąc
Ogień

Increpat Ignis lumen:
Quousque torvo melleum
Ausu lacessis Numen?
Sbullit juventæ calor,
Flammas ultrices time:
Si quis est Olympi valor,
Te subde Deo, lime.

XVI.

IAm & minaces Belluæ
Vocibus raucis orant:
Et hæ de genu cernuæ
Principem hunc adorant.
Tu eundem præfractior
Cornu minaci petis!
Quin ferum capit suavior
Aurei plaga retis?

XVII.

PArce DEO; Chaonia
Ales sic turtur gemit,
Hâc naturæ Musurgia,
Sic vox ad scelus tremit:
Dum hæc mellito carmine
Aures auraság mulcet;

Ogień tu grożno ſtawa;
Pokiſz żwawo náćieraiąc
Złość Bogu pole dawa?
Wre krew, na złe młodość grzeie,
Boy śię ognia Ożogu!
Ieślić niebo nie tanieie,
Uniſz śię, glino, Bogu.

XVI.

Juſz śię y dźikie zá Pana
Zwierzow głoſy wſtawiáią:
Y te niema na kolana
Przed Pánem twarz ſchyláią
A ty w dźikośći záćięty
Grożnym nań rogiem biieſz?
Tak, pierzchliwy Zwierzu, w nęty
Złotey śię śiatce kryieſz?

XVII.

Przepuść: o to mnożne w domu
Ptaſtwo y leśne ſtęka:
Schwaliſz Muzyka tá komu
Grzechu, co nań śię trel lęka?
Gdy ſłodkim ptaſzyna pieniem
Gdy y ſłuch mile bawi:

Tuum nefas in Numine
Cor saucium hiulcet?
XVIII.
PAscit nunc Itys Phasia,
Volucrum grando cadit
In mensas: ales Daulia
Leniter aures radit.
Sed scelus olim prodere
Visæ Ibyci grues:
Gemes sub pari ulcere,
Si mente regnet lues.
XX.
IDem, quod ales, Boreæ,
Caucasi rupes volunt;
Ad necem DEI cereæ
Nefas vel cautes nolunt!
Si ad petrarum fragmina
Sypile, nondum sapis;
Quàm Riphæa cacumina
Durior es, quàm lapis!
XX.
PRopugnat partes Numinis
Et labens Ævi mora:

łość twoia w Bogu zranieniem
Serce rosparte krwawi?
XVIII.
rzuch twoy ładuiesz bażantem
Grad ptastwá na stoł pada:
Ia do słowik swym diszkantem
Mile uszom przypada:
le co kiedyś Zorawie
Na kogoś wyśpiewáły;
tękniesz wzarowney niesławie
Ieśliś zbrodzich zuchwały!
XIX.
To tak ptastwo; niemniey twardy
Z Kaukázu kamień prosi,
Zmiękczona na Boskie wzgardy,
Y skáła ich nie znosi
Ze gdy się opoka kruszy,
Ty skało nie miękczeiesz;
Nad skały Rifeyskie w duszy
Nad krzemień kámienieiesz:
XX.
Ieszcze strony Boskiey broni
W ręk prętkim spieszny lotem

Cum ad catervas Criminis
Aurea gemit hora
Quin & minax Æternitas
Termini exſors orat;
Imputet ſibi cæcitas
Si verit, quæ hanc norat.

XXI.

P*Arce Deo: id torridi*
Focus Averni Iubet,
Ni perennè Plutonidi
Ætnæ immergi lubet.
Diſces; ſed ſerò diſcitur
Truci Magiſtrâ Styge,
Ut fluxum Nefas luitur
Perennanti Maſtyge.!

XXII.

P*arce Deo: vox Sangvinis*
Pro te litati clamat.
Huius vox illa Fluminis,
Quod fudit, qui te amat,
Parce, quot Sponſi Vulnera,
Tot ora te compellant,
Vel hâc amoris teſſerâ

Cor

A od zgrai niecnot ſtroi;
Czas nieſpłacony złotem.
Y wieczność żá Bogiem ſtoi,
Ktorey bieg nie przeminie,
Sam winien, kto oślep broi,
A znaiąc Wieczność, ginie.

XXI.

Przepuść Bogu: tak zarżyſty
Piec potępieńcow mowi,
Chyba ná wiecznie śiarczyſty
Etny pożar chęć łowi
Doznaſz, lecz to juſz po czáśie,
Gdyć piekło Miſtrzem będźie!
Iak się grzech krotki w taraśie
Wiecznym krotko nie zbędźie.

XXII.

Przepuść Bogu: głos to śilny,
Krew go Boska dobyła!
Ma być ná ten głos ſłuch pilny:
Krwi to głos, co ćię zmyła!
Przepuść, ile w Boskim ćiele
Ran tyle uſt ćię wzywa;
Miłość ta chce dość niewiele;

 Zpie-

Cor à Dite avellant.

XXIII.

PArce Deo: & Cœlibis
Audies Matris precem:
Dum gurges culpæ, imbibis
Noxiam venis fæcem.
Sceptrum quidem Clementiæ,
Diva hæc manu gerit;
Sed quæ ſubſit ſpes gratiæ,
Si quis tam ſponte perit!

XXIV.

NOva non amat vulnera
Parens hæc dulcis Nati,
Nec Solymæi funera
Repeti ſinit fati.
Eodem ictu concidit
Mater, dum Natum necas!
Luna hæc ſimul occidit
Cum Sole, in quem peccas!

XXV.

PArce Deo: Et Cœlitum
Penniger globus monet:
Cum plenum mille Charitum

Z piekłem przyiaźń rozrywa.

XXIII.

Przepuść Bogu: już ćię Boska
Chce Matka błagać mile:
Niech śię wuczona myśl troska
Iad złopać od tey chwile
Wprawdźieć berło łask obfitych
Iey ręka więc piastuje:
Lecz tráći nádźieię y tych,
Kto ná swą zgubę czuie.

XXIV.

Nowych ran w przesłodkim Synie
Ta złota Matka broni,
Niechce go jak w Palestynie
Ogladać w krwawey toni.
Tymże ostrzem w obu godźisz;
Matká przy Synu pada!
Z Słoncem tym Księżycu schodźisz,
Gaśi was, kto w grzech wpada!

XXV

Przepuść Bogu: jusz y lotny
Duchow Orszak w ćię wmawia
Ktorych pieniem dźwięk troynotny

Tridis Carmen sonet!
Hicdum se affusus throno
Numinis pronum sternit;
Id Corde in scelus prono
Væ! væ, si pulvis spernit.
XXVI.
PArce Deo: & aurei
Cives Olympi clamant:
Cave, ne jus læsum DEI
Vindicent, quem sic amant.
En, quot lacessis millia
Hoc lacessito Jove!
Phlegræa cave prælia,
Corrues Mimas novè.
XXVII.
PArce Deo: sic flagitat
Tota hæc Orbis moles:
Pro! quàm fæda mens agitat,
Nec pessum ire doles!
Ni parcis, ipsa vindicem
In te armabo manum,
Quæ DEI miserta vicem,
Pandet in bella Janum.
XXVIII.

Cći Boskiey Niebo wznawia.
Gdy śię u Boskiego tronu
On nisko moſtem śćiele;
Ze ty nim miaſto ukłonu
Gardźiſz, biadać, Popiele!

XXVI.


Przepuść Bogu: tak y złotych
Niebios Mięſzkancy rádzą:
Boskiey śię mſzcząc krzywdy, po tych
Prożbach, znaćći śię dadzą.
Patrz z iak wiela to zarywaſz,
Gdy wręcz wyzywaſz BOGA:
Olbrzymow pogromu wzywaſz,
Rowna ćię czeka trwoga!

XXVII.

Przepuść Bogu: tak nalega
Cały ten okrąg świátá
Iak zbrzegow rozum wybiega!
Giniesz, nie wołaſz Rata?
Ieśliś oślepł, ſamże mśćiwie
Natrę ná ćiebie zbroyny:
Za Boga znak natarczywie
Straſzny nákażęć woyny.

XXVIII.

Parce auguſto Numini,
Ne feri cor Paternum:
Sit Non plus ultra Crimini,
Præfer Brevi Æternum!
Quod ſi abuſus Heſpero
Struis cataſtam DEO,
Poſthac, inſane Verbero,
Parce vel tibi Reo.



PAR

XXVIII.

Przepuść : Bog tam, gdźie uderzyſz
Na Oycu tępiſz Zbroię!
Tu ſtoy złości : żle tam mierzyſz
Mow : Wieczność o ćię ſtoię.
Ieśli ć ná złe zorzá wſchodźi,
Y Boga maſz iak w probie :
Gdyć tu na rozumie ſchodźi,
Przepuść przynamniey ſobie.



HIc iam Supplici Libello finis; sed nondum Libello. Post supplicia venio ad officia. Urbanitas hæc Christiana est, nec tu illam deprecari potes, si nondum Vitæ gustulum amisisti. Ergo ad Thermas, ad Epulum. Utrumque tibi splendidè Cœlum apparat. Si non abnuis; nemo nunquam cœnavit lautiùs, nemo salubriùs thermis usus.



NI-

NIe Koniec pioru, lub Koniec Supplice.
Od ſupplik, święty czas ku Polityce.
ślić żyć ſłodko, nie zbraniay się temu,
Gdyć z łaźnia Bankiet ſtręczę zgłodzonemu
Niebo cię raczy; ktoſzby się wymierzał?
Nikt łazni niemiał, nikt tak nie wieczerzał.



INVITATIO
GEMINA
AD
SACRAS
THERMAS
EPVLVM
QUE

ZAPRASZANIE
Dwoiákie:
Ná Duſzną Łáźnią.
Y
Bankiet święty.
to ieſt.

Do ſpowiedzi y kommuniey.



Pro CHRISTO Legatione fungimur: *Reconciliamini DEO. 2. Cor. 5.*

Misit Servum suum horâ Cænæ dicere invitatis, ut venirent: *Quia iam Parata sunt Omnia. Luc. 14.*

DEUS meus & Omnia.



Zà CHRISTVSA poſelſtwo odprawuiemy: Iednayćie śię z Bogiem. S. Paweł 2. w Liśćie do Korinth. 5.

Wyſłał ſługę ſwego o godźinie wieczerny, mowić zaproſzonym, aby przyſzli; iż już gotowo wſzytko. Lukaſz 5. v 14.

BOG moy, wſzytko moie.

INVITATIO I.

ad

THERMAS

CHRISTIANAS,

Seu ad crebriorem

SACRÆ EXHOMOLO-GESIS USUM.

Alitur vitium crescitque tegendo

Virgilius.

I.

QVousque dura servitus
Erebi, sontem premis?
Vulturi sævo proditus
Promethêu, adhuc gemis?
Ditem olenti, scelerum
Lubet involvi cœno?
Nec aufers luctum siderum
In lacrymarum Rheno?

II.

HEus, te Averno exime,
Durum est jugum Stygis

ZAPRASZANIE PIERWSZE
Ná Zbawienną Łaźnią Abo
Do częſtey Sakramentalney Spowiedźi.

Ná większe gai,
Kto złego tai: *Virgil:*

I.

POkiſz, niewolnicze pęto,
W piekle wykute, męczyſz?
Sęp piekielny ſwe ma święto,
Zrze ćię, ty w więżach jęczyſz?
W tym, co piekłem tradi, kale
Niecnot maſzli śię walać?
Wypogodźiſz niebo cále;
Zechćiey śię łzámi zálać.

II.

Ey wy'am śię z wieczney kluzy,
Ciężkie jarzmo Plutona!

Indolem menti imprime:
Docilis plaga Phrygis,
Quid moram fers, Lycambeum
Dum serpat malum venis?
Evome virus Lethæum,
Teque his solve pœnis.

III.

NEC ferrum plus quâm Gordia
Hæc mentis vincla poscunt,
Quo ruit quondam Persia,
Quod victi Phryges noscunt:
Compedem hanc vel gemini
Verbi dissolvet sonus,
Quod demit trucis domini
Gravius Ætna onus.

IV.

IUS in te, quod non excutis,
Cereris gener gerat?
O si Cæli, quod dejicis,
Iugum cervicem terat!
Læsisti jura Numimis
Dulci Rebellis DEO?
Te siste reum criminis,

Niech żądáne ucza guzy
Iż w karże głupſtwo kona!
Coſz zwiaczaſz, aż śię zarázà
Szerząć, w kroś przeymie śiły!
Precz, precz, wierzna duſzy skazá;
Pokoy od niey iak miły!

III.

Y nie trzeba miecza ná te
Lub ściſło ſpregłe ligi
Miecza, co Perſy bogate,
Y wſchodnie znośił Phrygi:
Dwu ſłowek te zduſze pęta
Dźwięk nader dźielny składa!
Znim, ktoryć ćiemne kśiążęta
Wkładáia, ćiężar ſpada.

IV.

Takli na ćię ma mieć władza
Zły Cerery zięć Pluto?
Kiedyſz ćię, na ten kark dadza
Niebu ſprzeczny, Pokuto
Smiałeś Boskie wałić práwá,
Y Boskie zrzucać rządy?
Vznay winę, łacna ſprawa,

Et mite forum Reo!

V.

FUgisti, Erro, Patrios
Devio calle Lares;
Post tot recessus devios
Quidni redire pares?
Redi, blandum comperies
Prodige Patrem Fili;
Neque Tonantem somnies,
Siliquâ paste vili.

VI.

SI vis cruentas morbide
Balneas, Constantine,
Cruentas menti langvidæ
Thermæ dabunt Divinæ.
O dulces Animo Thermæ!
Lenè tepentes Bajæ?
Ab Orco reducem ferme
Mentem inaurans Tage!

VII.

IN dulce cordis Balneum
Sacer exundat Cruor!
Hic ductum aquæ melleum

Miękkie tu zbrodniom ſady.

V.

Dom Oyczyſtys wzgardźił zbiegu,
Zdrożney śię dźierżąc drogi,
Po zakrętnym wſciękle biegu
Pośpieſz w Oycowſkie progi.
Powroć, uznaſz: iak ten kocha
Y krnąbrne Oćiec Syny;
Uydźie gromow młodość płocha,
Lub jey ſmaczne ſłodźiny.

VI.

Chceſz krwawych, tradem oſuty,
Cieplić, cny Konſtantynie?
Krwawać na mdłośći przyrzuty
Łaźnia z ran Boskich płynie.
O ſłodka moiey duszy łaźni!
Miłe tych ćieplic wody!
O zpiekielney wolna kaźni
Duſzę złocace brody!

VII.

Ná wánnę, zbyt ſercu zdrowe
Krwi święte ćieka zdroie!
Ten brod wody kanraowe

Na

In te derivat fluor:
His te divino Sangvine
Tepidis adhuc Thermis:
Hoc æther lavat flumine,
Quod Lydis præstat Hermis.

VIII.

HIC Erythræus Sangvinis
Alveus latè scatet!
Hîc Cataracta Numinis,
Vitaq; Latex patet.
Carbonem refers Stygium
Orci fuligo vera:
Tyram hunc Cœlo devium
Adi, nix eris mera.

IX.

ARgento candes Lilij,
Albula dum hæc lavat:
Clitumnus hîc Diluvij
Operam Sacri navat.
Nova hic Pyrrhæ Sæcula
Deucalione CHRISTO:
Cataclismo piacula
Plenè sorbentur isto.

X.

Ná dobro leie twoie.
Ieſzcze Boska krew nie ſtygnie
Na te wolne ćieplice:
W tych ćię Niebo zawyżſzy dźwignie
Nie maſz nad te krynice!

VIII.

Tu czerwone ze krwi Morze
Nurt ſzeroko wypiera!
Tu łask upuſt, wiedney sforze
Zywe zrzodło otwiera!
Węglemeś piekielney głownie,
Z tycheś czeluśći ſadza!
W nidź w ten z nieba ſtrumień, rownie
Sadze, jak śnieg śię zdádza.

IX.

Liliy śię białość przebiia,
Gdy ćię ten Tyber zleie:
Ochyń śię, ten ſtrumień ſprzyia,
W nim zmyty *D*uch bieleie!
Tu ſą Pyrrhy dżdżyſte wieki
W nowym Denkalionie!
Tu potop wylaney rzeki
Łacniuchno grzech pochłonie!

X.

X.

NEC est, quod metum oggerat
Lene hoc Auris Forum;
Areopagum superat
Miti censurâ morum.
Dum te his reum subjicis,
Clavibus æther patet.
Hic mira vis in Supplicis
Gemitu Rei latet.

XI.

NEgesné Cœlo gaudia,
Dulce Phalernum Divis,
Lachrymarum eluvia
Ex oculorum rivis?
Nullum palato Cœlitum
Est svavius Calenum,
Quàm quod dat vivo abditum
Rore, Mentis Serenum!

XII.

AN piget Scelus rubeo
Tingere malas ostro?
Pudor sit Achates Reo,
Sceleri comes nostro.

X.

ie masz się tu czego lękać,
Ciche tu ucho sądzi:
iechce, iak sąd Athen, nękać;
Z folgą skaran, kto błądzi.
taw się, zbrodnio; ma ten klucze
Sąd, y niebo odmyka:
żielna, gdy żal pierśi tłucze,
Moc na ćięzkie wynika.

XI.

Idźiel tey niebu poćiechy,
Bo ma za słodycz sobie,
dy potoki łez za grzechy
Leia zrzenice obie.
ie da tak słodkiego trunku
Choćiasz sucha iagodá;
ak gdy w żyznym łez frasunku
Ginie czelna pogoda.

XII.

zyć żal, że złość twarz rumieńcem
Wstydu szarłatnym mieni!
Wstyd niech obok chodźi z ięńcem;
Niech się nim grzech rumieni.

In Corde Ortus aureos
Pulchrior Titan parat,
Dum hac Aurora roseos
Vultus gementis clarat.

XIII.

PUdor hic Regum Purpura;
Queis Cœlum laté micat;
Hæc in facie tinctura
Vel sontem astris dicat.
Præcerpe de te lauream,
Victus rem pudor prodat:
Tyrum hanc malis roseam,
Quàm ut cor culpa rodat.

XIV.

NEC te pudori eximis,
Rubor perennis genas
Lituris pinget extimis,
In truces Stygis pœnas.
Quod si Serenum metuis
Ut fulmen illud feres?
Quod Seres, poscitq; tuis
Luxibus inops Ceres?

XV.

uſz złoty promień z łez morza
Ma wznióść z iaśnieyſzym ſłoncem,
Gdy rożana wſtydu Zorża
Na twarzy iaſnym gońcem.

XIII.

Wſtyd ten za Purpurę bierze,
Kto ma tron świętny w niebie:
Sprzyia niebo takiey cerze,
Znią zbrodniow rwie do śiebie.
Zwyćięſz śię: niech przekonany
Wſtyd coś zrobił, wyiawy:
Woliſz ten zapał rumiany,
Niż że ſerce mol trawi.

XIV.

Tay' to ſamo ćię zawſtydźi
Wiecznać farba iagodę
Wſtyd zmaluie y ochydźi,
W ćięſzką groźny nagrodę:
Więc gdy śię pogody boiſz;
Coiż gdy grom ow uderzy?
Ktorym w świat (czym śię ſtroiſz)
Y w zbytek twoy umierzy.

XV.

Pryz

M Anet Tribunal Æaci,
Cüi ſiſtêris Reus:
Reo noxarum Spartaci
Imminet ultor DEUS:
Intentant quidquam perdito
Cœlitum juges minæ:
Rore Præficas mentito
Palpebræ ſudent binæ.

XVI.

S I Gangem Indus offerat,
Aut Lydia Pactolum:
Si jus ad Bactra ingerat
Sors, vel ad Crœſi ſolum:
Viſes vel remige Zetho
Auro flaventes oras;
Aſt te ut eximas letho,
Quàm ſegnes ducis moras?

XVII.

S I damni mollem æſtimas,
Quod mens effrenis dedit,
Lucris id Cæli redimas;
Quod hoc in Forö redit.
At ſi conſcius delicti

Przydźieć śię na trybunale
Łáká, Zbrodniu, ſtawić,
A o głownym Kriminale
Boskiey śię pomśćie ſprawić!
Ná twą śię zgubę zmawiáią
Grożne po Niebie głoſy,
Niech iak płaczkom oczy taią
Weſzach od oczney roſy.


XVI.

Gdybyć złoty Ganges lano,
Lub drogi nurt z Paktola,
Y prawo na Baktry dano,
Lub na Krezowe polá:
Zwiedźiełbyś y na Pegáźie
Złotem pożołkłe kraie:
Byś nie legł w śmiertelnym ráźie,
Ná chodźi nog nie ſtaie!

XVII.

Ieśli ſzalą ważyſz ſzkodę,
Z ktorą śię krnąbrność zbracasz
Bierz niebo w nagrodę,
Ktoreć ten ſąd przywraca.
Cięſzkoć ſłyſzeć pętem ſpięty;
Zgrze

Mite Absolvo temnas;
Te ad Ite Maledicti
Æviternùm condemnas!



INVITATIO II.
ad
EPULUM
INTERRIS
CÆLESTE:
Seu
Ad crebriorem
SS. EVCHARISTIÆ
USUM ESUMq;.

Unus sit vobis dolor, hâc Esca priv
Chrysostomus.

I.

ADes, quemcunque sanctior
Tantalum fames urit:
En Mensa Verbi dulcior,
Ad quam vel satur prurit!

Z grzechow ćię rozwięzuię?
yſzyſz: Idźie przeklęty,
Na ogień ćię skazuię.

ZAPRASZANIE
WTORE
Ná Bankiet Anielſki
Abo
Do częſtego záżywania
Nayświętſzego Sákrámentu.

o was niech nad wſzytko boli
Co tey uczty nie dozwoli.
S. Chryzoſtom.

1.

PRzybądź, kto świętym zmorżony
Iak Tantal głodzem mdleie:
aſz ſtoł Bogiem oſłodzony,
Gdźie ſytość [illegible] grzeie.

Bog

Conviva de ſe inſtruit
   Epulum Deüs Amor !
Et famem eſcæ acuit
   VERBI facundus clamor.

II

QVàm hic Lucullus divitem
   A ſe Cœnam exegit ?
Unam in Eſcam cœlitem,
   Cum Omnia prodegit !
Vitelli cœna ſomnia,
   Vel Unio Antoni,
Nulla Ceres dat Omnia,
   Et puri Summam boni.

III.

NOn hic vel ales Colchica,
   Vel quicquid Phaſis alit:
Non volucris Numidica,
   Vel quicquid gula malit:
Non arte recocta Ceres,
   Aut lances premit fera,
Non lanx ſaccarite teres,
   Et Syren gulæ [illegible]

IV.

og bieśiádę czyni z śiebie,
Miłość go na ſtoł wnaſza!
hęć zapalaſz Boski chlebie,
Gdy Słowo gośći wpraſza!

II.

nać Bogaczá po doſtatku!
Dość droga ucztę ſprawił:
dy wzmiennym w Boga opłatku
Wſzytko na ſtole ſtawił!
ęn, lub Witella bankiety,
Lub perła puhar poi:
Zà wſzytko źiemskie páſztety
Za treść dobr, nic nie ſtoi!

III.

Nie Zamorskich ptaſzat grady,
Tu ni bażantow ſtada:
Nie z koycow Numid obiády,
Y czemu gęba ráda:
e biſzkot, y Pańskie ćiáſtá,
Nie Zwierz tu miſę tłoczy
e wymyślna z cukrow páſtá,
Y czym ſtoł paśie oczy:

IV.

Tu

H*Ic tandem desiderii*
Abyssus dicet, satis:
Si quid libat Carchesii
Proflua Charitatis.
Hinc quid à Ponto pabulum
Vel Afro Sole petas?
Complexum cuncta Ferculum,
Non figet gulæ metas?

V.

P*Rô! quàm tu felix Epulo*
Bolum prædulcem edes,
Quem Sacro beat Poculo
Purior Ganymedes!
Portenta! dum Esca DEUS,
DEUS *fit Vernæ Potus!*
En ut te Amor melleus
Opsonat, Nectar totus!

VI.

S*Eipso te* VERBUM *alit,*
Te toto se saginat;
Quis aliud Chium malit,
Quàm quod DEUS *propinat!*
DEO *sitim, famem* DEO

Tu iuſz żadzy nie natkana
    Otchłań, Dość mam, rzec muśi;
Gdy z złotego roſtruchana
    Trunku Miłośći skuśi!
Coſz zá morze chętka żenie?
    Na Afrow ſchnieſz iakoći?
Pełne ſmakow wſzech noizenie
    Celu żadz czy nie skroći?

V.

Co zá ſzcześćie? w tym bankiećie
    Smaczny ćię kaſek paśie!
Z ſłodkiey jágody Krew gniećie
    Ten Cześnik w złotey czaśie!
Sobą karmi (jakie dźiwy!)
    Bog ſam pragnienie koi!
Słodkaiz to miłość, gdźie żywy
    Napoy tak ſłodko poi!

VI.

Słowo w ćiele ſobą tuczy
    Człek wćiele Boga żuie?
Ktoſz ſmak w nim zá ſłodycz wuczy
    Iak gdźie Bog kredenſuie?
BOG pragnienie, Bog twe głody,

Kar-

Relevas, DEO satur.
Hoc tu ebrius Lyæo;
Sic tibi vesci datur!

VII.

Hic Cleopatra melior
Charitas, Cœlum tibi
Miscet: queatnè dulcior
Sub æstu latex bibi?
Nobilis te gemma potat,
O purior Antoni,
Regna te bibisse notat
Arrha perennis throni!

VIII.

Quo non coronat munere?
Quid torrens hic non præstat?
Qui hoc maduit Cratere,
Hic, ut sit DEUS, restat.
Fis DEO Consangvineus
Uvâ Cruoris potus!
Fis VERBO concorporeus,
Hac Vitæ Carne fotus!

IX.

SIc non ut Circes Poculum

Karmi, Bogiemeś syty?
Ten twoy trunek! to twe gody.
Tak żyieſz ná trzy zbyty.

VII.

Tu, co ktoś, Miłość w napoiu
Perłę, boć Niebo dáie!
Czy ſłodſzy z ktorego zdroiu
Strumień łzy oſchłe kraie?
Panskać się w napoy dostáłá,
Czyſtſzy Antoni perłá!
Czerpać zá ieden łyk dáłá
Godło wiecznego berłá.

VIII.

Iakie ćię wieńcuia dary!
Iak się ten puhar pieni!
Kto z tey wino pije czary,
Iuſz iuz się w Boga zmieni!
Boska ćię pokrewność zdobi,
Gdyć tey krwi kropla kánie:
Żeś w Boskim ćiele, to robi
Boskiego ćiáłá zwanie!

IX.

W czarże gdźieś czary żádane

Arcadis urſa vultum;
Sed hoc Convivis Epulum,
Imprimit DEI multùm!
Accumbis menſa Cælitum,
Quid ultra ſortis voves?
Stipata globo Charitum
Ceres hæc gignit Joves.

X.

Quæ tali uſquam aluit
Pupulum altrix cibo?
Papillas tantùm præbuit,
Aut dulci pavit libo.
Lautiùs te habet tuus,
Prodige Fili, Pater:
Nulla uber beatius
Nato admovit Mater!

XI.

Huc, qui prælatis inhias:
Summa hîc quæque latent!
Venæ hæ Res Eximias
Occulunt, quibus ſcatent.
Si Dulce gulam proritat,
Crater hic Hyblam dabit.

Dźika twarz z trunkiem wlały:
Tu śię w gośćie częſtowáne
Boski wdał abryz cáły!
Zażywaſz tu iak kto w Niebie;
Coſz jeſzcze chęć uwodźi?
Gronem łask w oſutym Chlebie
Gdy ſtoł ten Bogi rodźi?

X.

Zywiſz tak ktora pieśćliwe
Mamká pacholę głodne?
Zbędźie go mleko, gdy ckliwie
Slocha, lub cukry lodne.
Iak twemu Bog zgadza ſmaku,
Nie wadźić y roſpuſtá?
Z pierśi tey ſłodyczy znaku
Nie wyſa dźiecek uſta

XI.

Przybadź, kto śię pnieſz wyſoko,
Tu wſzytko trzyma gorę:
Rzeczy zacne nie nacko
W dźwina śię ſprzęgły sforę.
Ieśli mrze ſmak na ſłodyczy;
Trunek ten ſłodycz leie:

Lub

Si oculos lux invitat ;
Hic flammis Sol beabit.

XII.

SI Damoclis forma rapit ;
Hic Speciosus ille :
Si Orphei lyra sapit ;
Amphion hic pro mille !
Si leti pavor cruciat ,
Si torret fauces sitis ;
Hîc Vitæ vena satiat ,
Hæc sitim domat Vitis.

XIII.

VIs leni aurem mulceat
Susurro , linguæ lepos ?
Nullum præ JESU *recreat*
Svavius aures epos.
Vis florum scena hilaret ,
Aut vernæ pompa Floræ ?
Pastano FLOS *hic halaret ,*
Svavius quid odore.

XIV.

TOrreris ? hic fons relevat :
Friges ? hic ignis fovet.

Lub promienia oko życzy;
Tu słońce nim dogrzeie.

XII.

Sercelić kradnie urodá?
Sliczny On tuć się ſtroi?
Złotych ſtron na lutni zgoda?
Za tyśiąc Lutniſt ſtoi.
Strachem ćię śmierć wskroś przenika?
Pragnienieć uſta ſuſzy?
Z tąd żyćia zrzodło wynika,
Ten napoy oſchłość kruſzy.

XIII.

Chceſz, być w uſzach wdżięcznym
Poſzeptem słodkie pienie (brzmiáło
Nad Boga da uſzom mało
Dżwięku słodkiego brżmienie
Máiowa kwiat farba ſtroyny
Wzrok ćieszy, y żioł wzory?
Z Perſkiey w zioła hoyny
Tu zapach przeydżie Flory.

XIV.

Goreieſz? ten trunek chłodżi.
Zięſbnieſz? ten Ogień grzeie:

Smu-

Mœres? hic mentem eleſat
Potus, plauſumq́ moſet.
Si placet ætas Neſtoris;
Bolus hic necat mortem;
Et ultra metas temporis
Prorogat ſitæ ſortem.

XV.

QVæ Leſbos, ſel fons ſſaſior
Parili ſtillat rore?
Vt hic Hymettus purior
Scaturit Hyblæ flore!
Quod lucis Cornucopiæ!
Quis malas tingit color?
Os pingunt dulces Gratiæ,
Queis ſit carere dolor.

XVI.

Hîc jam ordiris beatæ
Æternitatis ſcenam!
Dat Deitatis celatæ
Fidei ſeſper Cœnam!
Fameſcit Styx perenniter
Epuli exſors tui;
Quo dum nutriris ſſaſiter,

mutnyś? ten dobra myśl rodźi
Trunek: płacz nim się śmieie!
hcesz z Nestorem zrownać w lata!
Y śmierć ten pokarm morzy!
nad kres ża życia świata,
Lat ku życiu przysporzy.
XV.
dźie zgor winnych kanarowy
Gdźie upust tak się leie!
k ten zdroy znieba cukrowy
Nad treść patok słodnieie!
k tu nie skapo promieni!
Iak korał lice wstydźi!
Wdźięczność tu usta rumieni,
Y żal, kto iey nie widźi?
XVI.
n iusz záczynasz Dusz świętych
